


PROOEMIUM.



*ustinianeis studiis colophonem impo-
situro, & pro laurea doctorali
consequenda, ex more in illustri
hac Academia recepto, de qua-
dam disputaturo materia, mens mihi per diu
stetit incerta, quam ego ex tot & fere innu-
meris in Jure materiis, seligerem. Verum
tandem prae caeteris mihi arrisit celebris Lex
unic. Cod. quando Imperator &c. in qua
plurimae diversi generis quaestiones obveniunt;
quae propterea, praesertim etiam ob insignem
suam*

P R O O E M I U M.

suum in Foro Nostro usum, mihi merito digna videbatur, quae diligentius excuteretur.

Cum vero Lex contineat privilegium fori respectu personarum ibidem enumeratarum, antequam ad ipsam explicationem procederem, ad meliorem ejus intellectum in antecessum de jure communi & ordinario hac in parte, sive de Foro generali quaedam praemittenda censeui.

Et, haec sunt, quae praemonere meum esse duxi; interim vale, B. L. & conatibus fave.

